

JAÉN (Diócesis)

[Proprium Officii]

In festo S. Euphrasii, Episcopi et
Mart., Dioecesis Giennensis Patroni :
pro omnibus Hispaniae Dioecesibus duplex
minus. -- [S.l.] : [S.n.], [s.a.]

3 p., *2 ; 12°

Texto fechado en 1726. -- Texto a dos
tintas y a dos col.

1. Breviarios 2. Brebiarioak I. Iglesia
Católica II. [Proprium Officii] III.

Título

R-6845

I N F E S T O

S. EUPHRASII,

EPISCOPI ET MART.

DIOECESIS GIENNENSIS PATRONI.

Pro omnibus Hispaniæ Diocæsis duplex minus.

DIE XV. MAII.

IN II. NOCTURNO.

In festo S. Euphrasii, Episcopi & martyris, Diocæsis Giennensis Patroni.

Ex Scripturis S. Gregorii septimi & ex S. Eulógio in Apologético Martyrum.

Pro omnibus Hispaniæ Diocæsis. Duplex, minus.

Euphrásius Apostolorum Discípulus, cum Torquato, Ctesiphonte, Secundó, Indalétio, Cæcilio, & Hesychio, Romæ à sanctissimis Petro & Paulo; Episcopus ordinatus in Hispanias, ad prædicandum verbum Dei, una cum illis ab iisdem Apóstolis directus est. Hic ergo, & Socii, cum variis Urbibus, destrúcta Idololatria, Christianitatem fundassent, & Religionem plantassent, ordinem, & officium in Divinis Cultibus ostendissent, & sanguine suo Ecclesias dedicassent: ea in Provincia diversis in locis quieverunt, è quibus Euphrásius Illiturgi Martyrii palmam consecutus esse dicitur. Ejus corpus pie reconditum est in loco, ubi Basilica ejus nomine Sisebuti, Hispaniarum Regis

Omnia de Communi Martyrum tempore Paschali.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In Diocæsi Giennensi.

Duplex i. Classis, cum Octava.

Omnia de Communi Martyrum tempore Paschali.

Oratio.

Infirmi-tatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Euphrasii Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Extra tempus Paschale. Lectio prima Nocturni. A Miletó Paulus de Communi unius Martyris.

* Regis

Regis tempore extructa est, cuius Basilicæ, cum Saracenis Hispanias occupantibus, nulla remansissent vestigia; Dei tandem voluntate factum est: ut recens anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio extrui coepta sit. In quam anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, mense Majo, Beati corporis pars, è Parochiali Ecclesia oppidi, cui Valdemao nomen, translata, restituta est. Ubi religiosa veneratione, summaque celebritate, & maximo populorum concursu colitur.

Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine. * Et æternitas temporum, alleluia, alleluia.

Lætitiâ sempiterna erit super capita eorum: gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Lectio

In Oratione de sancto Ignatio, ante medium, tom. 5.

Tempus animadvertite fratres, quo dignitatem hanc beatus Euphrasius est affectus, neque enim eadem est nunc, quæ tunc erat Ecclesiam gubernandi conditio. Non æqualis est labor. Viam tritam, & planè aratam, post multos ingredi viatores, atque eam, quæ nunc primo secunda est, quæque prærupta, & saxosa, terisque plena, nec ullum ad-

huc viatorem admisit. Hoc quidem tempore, per gratiam Dei, nullum Episcopis periculum imminet: sed pax undique profunda: & tranquillitate cuncti perfrui mur. Cum pietatis verbum orbis terrarum terminos occuparit, & qui regna, atque imperium obtinent, eandem quam nos fidem studiose colant, atque observent: tunc autem nihil erat hujusmodi, sed quocumque quis oculos verteret, ubique præcipitia, barathra, & bella, & pugnas, & pericula. Imperatores, & Reges, & Populi, & Civitates, & gentes, & domestici, & alieni credentibus insidias tendebant.

In servis suis, alleluia.

Consolabitur Deus, alleluia.

Judicabit Dominus populum suum, & in servis suis. Consolabitur.

Lectio vj.

Nequè verò id solum erat grave; sed etiam quod credentium plerique, utpotè, tunc primum nova dogmata degustantes, magna egebant sollicitudine; & erant imbecilliores, & sæpè supplantabantur. Quod quidem non minus affligebat Doctores, quam externa bella. Quin etiam multo magis. Externæ enim pugnae, atque insidiæ, propter repositæ mercèdis spem, voluptatem etiam aliquam afferēbant. Idcirco, & Apostoli gaudentes,

Officium S. Euphrasii Episcopi & Mart.

dentes à conspèctu concilii discedebant : quòd verbera pertulissent. Itaque Paulus etiam clamat : Gáudeo , inquit , in infirmitatibus meis. Et semper in tribulationibus gloriatur.

⁂ Filiae Jerúsalem venite , & videte Mátyres cum coronis , quibus coronavit eos Dóminus ,
⁂ In die solemnitatís , & lætitiæ , alleluia. ⁂ Quóniam con-

fortavit feras portarum tuarum , benedixit filios tuos in te. In die. Gloria Patri. In die.

IN III NOCTURNO.

Tempore Paschali Homilia S. Augustini Episcopi in Evangelium. Ego sum vitis vera. Missa. Protexisti.

Extra tempus Paschale , Officium de Comuni utrius Mart. Homilia & missa de j. loco.

HISPANIARUM.

Cum SS. D. N. BENEDICTO Papa XIV. demissè supplicaverint Reverendissimus Episcopus , & Capitulum Cathedralis Ecclesie Giennensis , necnon universa Civitas , & Populus Illiturgitanus , ut Officium S. Euphrasii Martyris & Episcopi Illiturgitani ab Apostolica Sede approbatum , & die decimaquinta Maii recitari solitum ab utroque Clero Civitatis , & Dioecesis Giennens. ad reliquas Dioeceses , in Hispaniarum Regnis constitutas , prædicta die sub Ritu Duplicis minoris recitandum extendere dignaretur ; & extensionem prædictam per suas litteras ad eundem Sanctissimum , & ad Sac. Rit. Congr. respectivè datas enixè efflagitaverint omnes , & singuli Hispaniarum Archiepiscopi , & Episcopi ; ipsaque Sanctitas sua preces hujusmodi ad Sac. Rit. Congr. remisit ; & Emin. ac Rever. D. Card. sancti Casarei in Ponentem designatus easdem in eadem Sac. Cong. retulerit ; Sac. Cong. audito priùs R. P. D. Benedicto Veterani Fidei Promotore , qui scripto , & voce suam sententiam exposuit , petita extensioni annuendum censuit , ea tamen adhibita conditione , ut in iis Ecclesiis , in quibus annuatim Collectiva fit celebritas , & Officium omnium septem Discipulorum S. Petri Apostoli nulla tunc fiat mentio de sancto Euphrasio , pro quo speciale Festum cum Officio indulgetur. Die 26. Martii 1757.

Loco † Sigilli.

D. F. Card. Tamburinus , Præfectus.

M. Marefucus , S. R. C. Secretarius.